

# VI PETRI BEMBI

quentiae, ac scribendi magno quodam amore flagrans. (a) Itaque in Siciliam usque ad Constantinum Lascarem Graecarum litterarum causa profectus, (b) trienniumque ibi commoratus est; tantumque ingenio, labore, assiduitate profecit, ut Graece non modo optime sciret, sed etiam polite, luculenterque scriberet: (c) atque in Sicilia cum esset, Latine de Aetnae incendiis scripsit (d) ad Angelum Gabrielem: qui liber, ab eo editus, in manibus hominum eruditorum non sine aliqua laude versatur. Post eam peregrinationem celeriter Bembus assecutus est, ut maxima apud omnes Italiae civitates, tum apud exteris etiam nationes, ejus esset ingenii admiratio: ita enim, uti res est, sic homines statuerant; perdifficile factu esse unum

(a) *Itaque in Siciliam*) Eodem anno III. kal. aprilis Venetiis per Clodium iter Siciliani versus ingressus est, unaque *Angelus Gabrielem*, qui idem consilium ob eorumdem studiorum communionem inierat. Terrestri itinere Neapolim pervenit, unde Messanam traecturus naviculam concendit, ac satis molesta decem dierum navigatione tandem Messanam tenuit IIII. non. majas. De itineris ratione adventuque suo, quaque comitate a *Lascari* sit exceptus, Bernardum patrem certiore fecit, datis Messanae literis III. kal. junias (*Familiar. lib. I. epist. IIII.*). *Itaque naviculam nocti, decimo die Siciliam tetigimus naufragantes: sed absterrit nobis omnem molestiam Constantini Lascaris humanissima congrassio, qui nos exceptit libentissime, & liberaliter est pollicitus: idque res praefat. Erudimur enim mira ipsius diligentia, tum amore prope paterno. Omnino nihil illo sene humanius, nihil sanctius: reliqua etiam omnia ex sententia.*

(b) *trienniumque ibi commoratus est.* Messanae annos paulo amplius duos commoratus est. Ipse ad *Joannem-Baptistam Statum*, qui ex *Juliani*, sancti Petri in vincula Cardinalis, familia erat, XXII. kal. octobr. M. CCCC. LXXXIII. Venetiis de itinere Siciliensi, deque suo in patriani reditu literas (*Familiar. lib. I. epist. VIII.*) dedit. *Post primos dies, quos totos dedimus salutationibus congregatisque amicorum, ego Patavium concessi, inde in Nonianum, &c. Rationem igitur ini: a quarto ante nonas majas anni M. CCCC. LXXXII. ad mensem septembrem anni M. CCCC. LXXXIII. quo clarum est eum Venetiis fuisse, DUOS ANNOS cum QUATTUOR circiter MENSIBUS excurrisse comperties.*

(c) *atque in Sicilia cum esset, latine de Aetnae incendiis scripsit*) Hoc vere operum primum, quae Bembus in lucem edidit; edidit autem anno eodem quo Messana in patriam reverterat, ita inscriptum: *Petri Bembi de Aetna ad Angelum Chabrialem liber: haec porro extremo operi nota apponitur: Impressum Venetiis in aedibus Aldi Romani mense februario. Anno M. V.D. in 4. Opus hoc omnium ex latinis primum, mihi persuasum est, ex Aldinis typis prodiisse venustis characteribus ex eorum genere, quos rotundos vocant, descriptum. Probe errat *Hadrianus Baillet* in suo tractatu historico gallice conscripto *des enfans celebres par leurs etudes* (num. XXXVIII. pag. 125.) dum putat *Bembum* DUODEVICESIMUM anni gessisse, cum opus hoc de Aetna confecit, licet alii hunc natum dicant DUOS & VIGINTI annos, libratorum aliorumve oscitania aut inscitia factum conviciens ex quadam marginali nota, ut pro *duo de viginti, duo & viginti* scriberetur. Sed *Baillet* ipsum, non autem ceteros falli jam constat, cum Bembus, qui ad Aetnam suum scribendum aggressus est in Noniano post reditum e Sicilia, ante annum M. CCCC. LXXXV. operi admoveare manus nequaquam potuerit. Tum vero annum *QUINCTUM & VICESIMUM*, non autem *DUO DE VICESIMUM* agebat. Haec omnia satis ejusdem Bembi testimonio firmantur, qui ita necessarium suum *Gabrielium* alloquitur ea præfatione, qua librum ad ipsum mittit: *Nunc autem, quoniam jam quotidie fere accidit, posteaquam e Sicilia ego & tu reversi sumus, ut de Aetnae incendiis interrogemur ab iis, quibus notum est illa nos satis diligenter inspexisse: ut ea tandem molestia careremus, placuisse mibi eum sermonem confidere, quem cum Bernardo patre meo habui paucis post diebus quam rediissemus: ad quem rejiciendi essent ii, qui nos deinceps quippiam de Aetna postularent. Itaque confeci librum, quo uterque nostrum communiter uteretur. Nam cum essemus in Noniano, & pater se, ut solet, ante atrium in ripam Pluvici contulisset, accessi ad eam, &c. Quod praeterea ad Bembi Aetnam spectat, verissime a *Baillet* dictum fateor, præcocem hunc & juvenilem fetum *Bembo* ipsi ingenio & aetate maturo non satis probatum. Porro & ipse *Casa* infra narrat, eum libellum illi postea seni non valde probatum fuisse.**

(d) *ad Angelum Gabrielem*) *Angelus hic, Silvestri filius, præstantissimus Senator fuit, equestre gradu, in obitarum ad exteris Principes legationum honorem, donatus. Eius est, quae circumfertur oratio edita Venetiis in 4. anno M. D. I. in laudem Reverendissimi Cardinalis Baptista Zeni; itemque Libellus hospitalis munificentiae Venetorum in excipienda Anna regina Hun-*